UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De b[e]n[e]dict[i]o[n]e zabulon

urn:nbn:de:hbz:466:1-69610

Visual Library

et ɔpactũ. et hoc eſt qd̓ dr̓ ligans ad vineã pullũ ſuũ Tredecima eſt 13
q̃ vnit ⁊ ligat mēbra capiti. ⁊ h̓ eſt qd̓ dr̓. ad vitē o fili mi aſinã ſuaꝫ
Quartadecima eſt. q̃ facit xp̄m nos ſanguine ſuo lauare. iuxta illud 14
Apoca. Qui dilexit nos ⁊ lauit nos a pccis noſtris in ſanguine ſuo
et hoc eſt qd̓ dr̓. lauit in vino ſtolã ſuã. ⁊ in ſanguine vue palliũ ſuũ
Quintadecima eſt. q̃ facit eũ p doctrinam nos vocare. iuxta illud 15
Joh. Si diligis me paſce oues meas. ⁊ h̓ eſt qd̓ dr̓. pulcriores ſunt
oculi ei⁹ vino. Sedecima eſt. q̃ facit xp̄m nos ſibi p ſacramēta icor 16
porare. et h̓ eſt qd̓ dr̓. Dentes ei⁹ lacte ſunt candidiores ꝛc. Et ſic in
vniuerſo ſunt ſedecim ꝓprietates charitatis. q̃ ſunt ſcꝫ q̃ ē digniſſi
ma virtutũ. expugnatrix vicioꝝ. dans virtutib⁹ eē virtutũ. amatrix
arduoꝝ. ſpoliatrix demonũ. victrix paſſionũ. triũphatrix tentationũ
aĩam ꝓ pximo ponere. nihil ſepare. ineternũ regnare. filios deo gene
rare. xp̄m de celo deducere. vnire mēbra eccl̄ie vnire mēbra capiti. ſan
guine lauare. p doctrinã vocare. p ſacramēta incorpare. qd̓ intelligi
tur p hoc qd̓ dr̓. dentes eius lacte cãdidiores. p lac em̄ intelligit man
ſuetudo ſacramētoꝝ de carne xp̄i ⁊ paſſione fluentiuꝫ. Iſte em̄ ſunt
ꝓprietates charitatis in quib⁹ ɔſiſtit benedictio iude. Sed ad no
biliorē ſubam ſequũtur nobiliores ꝓprietates. ergo quicũqꝫ hꝫ cha
ritatē in ſummo. hꝫ has ꝓpretates in ſummo. ⁊ pꝫ ɔſequens benedi
ctiones Jude in ſummo Sed beatiſſima omniũ dña dñaꝝ habuit
charitatē in ſummo. ergo ⁊ has ꝓprietates habuit in ſummo.

SEquit benedictio Zabulon. Zabulon in littore maris habi
tabit in ſtatione nauiũ ptingens vſqꝫ ad ſydonem. ¶ Per za
bulon ſm mgr̄m Richar. de ſcõ victo. intelligit zel⁹ aĩaꝝ. de q̃ ſic dr̓
Poſt yſachar zabulon. i. habitaculũ fortitudinis gignit. qꝛ p iterne
dulcedinis deguſtatõem odiũ vicioꝝ. gr̄a eternitatis ⁊ ꝟtutis vere ro
bur acq̃rit. Iſte ē zabulon q̃ iraſcēdo irã dei placare ɔſueuit. q̃ dum
pie ſeuiēdo hoĩm vicia pcutit. q̃ſi nõ pcēdo meli⁹ pcit Abſqꝫ dubio
nihil ſic placat deũ q̃uo zel⁹ aĩaꝝ. ⁊ īfra. Quã multos videm⁹ pau
peres ſpũ charitate feruētes. multũ abſtinētes. admodũ ɔpatientes
ad zelos tñ aĩaꝝ nimis tepidos. multũqꝫ torpētes Alij q̃dã ad cu
ſtodiã hũilitatis delinquētes icrepare nõ pſumũt. alij ncc̃itatē frater
nã ne turbare videãt peccãtes arguere metuunt. ſic alij alijs atqꝫ ad
huc alijs modis q̃ p dño zelare nolũt ꝟtutis h̓ fingũt eē vl̓ h̓ credũt
eē ꝟtutis Ecõtra q̃dã qd̓ abſqꝫ dubio agũt in ſpũ furoris agere ſe ar
bitrant zelo rectitudinis. et veraciter eos odio ɔſequũtur hominuꝫ
quos exercere ſe putãt vel ſimulãt odio viciorũ illi potius pietate
q̃ꝫ crudelitate delinquentes perſecutores credendi ſunt. quia inter
na illa gaudia ad que eos tot doloribus inuitat que per experienti
am nouerant. Debet etiam zabulon nõ ſolum delinquentes corripe

Per zabulon intelligit zel⁹ animarum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſed etiā tpe pſecutōis ꝯtra pſequētes defendere. debꝫ etiā Zabulon
ꝓmptioꝛ eē ad mala ferēda q̄ꝫ inferēda. Et q2 hꝫ neceſſe qñq3 ꝓ cul
pa eoꝝ iraſci. amplꝰ vtiq3 dolet cū cogiꝉ ꝓ culpa eos pcutere q̄ꝫ cuꝫ
cogiꝉ ꝓ alioꝝ defenſione puniri. libēter ḡ ſe occurrētibꝫ piculis obij-
cit. ⁊ ꝯtra ſeuiētiū ꝓcellas tēpeſtatū ſe ſponte opponit. alioquin fru
ſtra iuxta littoꝛa maria habitat. fruſtra in ſtatōe nauiū māſionē pa-
rat ſi qua mūdane pſſure diſcrimina trepidat. vt tēpeſtatibꝫ diu fati
gatos ⁊ tandē littoꝛibꝫ ereptos blande excipiat ⁊ benigne foueat. ⁊
ita vſq3 ad ſydonē ſcimus fieri hmōi venatōem aiaꝝ. qñq3 p occul-
tam ſuggeſtionē demonū. qñq3 p apertam hoīm ſuaſionē. verūtñ no-
uit vtruq3 Zabulon ꝯphendere. ⁊ ad littus pductos ⁊ incautos di
rigere Figit ergo hic fortitudinis ſue habitaculū e regione maris in
ꝯfinio ſydonis. vbi hinc vigilat ꝯtra ſeuitiā pſequētiū. illic fraudu
lentiā inſequentiū ⁊ inſidiātiū. Et infra Neſcio ſi pt aliq̄s a deo ma
gis aliq̄d in hac vita accipe. ignoro cui poſſit hac gratia in terra ma
ioꝛē aliquā deus hominuꝫ ꝯferre q̄ꝫ vt eius miniſterio pūerſi hoīes

Maius eſt reducere deliquētez q̄ꝫ moꝛtuū ſuſcitare.

mutenꝉ in melius. ⁊ de filijs dyaboli filij dei efficianꝉ. An forte cuiq3
maius eē videbiꝉ moꝛtuos ſuſcitare. ergo ne maiꝰ erit ſuſcitaſſe car
nem iterū moriturā q̄ꝫ vnā aiam ineternū victurā. ergo ne maiꝰ erit
reſtituiſſe mūdi gaudia carni q̄ꝫ aīe gaudia celi. O q̄lis dos q̄lis di
gnitas talē grāꝫ a deo recipe. nō decuit celeſtē ſponſuꝫ ſponſe ſue aliā
dotē dotare q̄ꝫ vt p adoptōis grām poſſit deo multos filios gigne
re. ⁊ filios ireq3 filios ichēne. regni celeſtis heredes aſcribere. vñ ipſo
nato exclamat mater eius. dotauit me dñs dote bona. Ex his intel

Decē ſꝫ ꝓpꝛietates zeli aiaꝝ

ligiꝉ q̄ p Zabulon zelus aiaꝝ deſcribiꝉ. cuius decē ſunt ꝓpꝛietates.
Prima eſt q̄ odit pctm̄ Secūda q̄ maxime placat deū Tercia q̄ nō
parcēdo plus pcit. Quarta q̄ nihil plus places deo. Quinta q̄ ꝓm
ptioꝛ eſt ad mala ferēda q̄ꝫ inferēda Sexta q̄ blāda recipit penitētē
Septima q̄ vigilat ꝯtra pſecutores ⁊ manifeſtat inſidias Octaua
q̄ hō nō pt maius donū accipe. Nona q̄ ē dos quaꝫ celeſtis ſpōſus
dat ſpōſe ſue. Decima filios dei generat. Iſte ḡ ꝓpꝛietates ſꝫ zeli in
q̄bꝫ bñdictio zabulon ꝯſiſtit. ſꝫ ad nobilioꝛē ſubam ſequūꝉ nobilio
res effectꝰ. ergo Quicūq3 hꝫ zelū aiaꝝ in ſummo p ꝯñs habebit bñ
dictōem zabulon in ſummo. ſed btā v̄go habuit zelū aiaꝝ ī ſummo
ḡ habuit bñdictōeꝫ zabulon ī ſummo Minoꝛ pꝫ p illud qđ in pn
cipio poniꝉ. ſcꝫ q̄ zelꝰ aiaꝝ ex interne dulcedinis deguſtatōe generaꝉ
ſꝫ illā deguſtatōem habuit ī ſummo. ḡ ⁊ zelꝰ aiaꝝ cū ſuis ꝓpꝛietatibꝫ
fuit in ſummo in btā v̄gine. ḡ habuit bñdictōem zabulon ī ſummo

SEq̄tur bñdictio yſachar de qua diciꝉ. yſachar aſinus fortis ac
cūbens inter terminos. vidit terrā q̄ eſſet bona ⁊ requiē q̄ eſſet
optima ſuppoſuit hūeros ad portādū ⁊ factꝰ ē tributꝫ ſeruiēs. Si-